



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

dico autem me nescire cum qua, credere autem quod cum Ro-
mana, cum ex scriptis eius mihi mea sententia fluat, cū uero de-
cisa res fuerit, sciam cū qua. Interim autem credam cū ducentisse-
xaginta sex doctoribus, quorum nonnulli sunt ordinis tui, te au-
tem cum tuo olim scismatico relinquam, crediturum ut placet.
Adjicis, ut nil odiosum dimittas & de Reuchlino, q̄si ordo Præ-
dicatorum illum insequatur, & nō uniuersitas Parisiana & Co-
loniē. & cæteræ, quis autem eum tueatur ueritas, an Hebræi,
an Chrysostomus, an utriq̄, nescio, unum tamē scio, quod offi-
cia mea quæ sunt uiri iusti & misericordis, ignoras.
Ascribis quoq̄ mihi quod Entellum me esse effinxerim, cum e-
go Daretæ tantum, & hoc gratia ostentationis uirium, & pro-
uocationis in pugnam, nominarim. Nunc autem tibi illud Hie-
ronymi ad Aug. dico, memento daretis & Entelli, Entellum æ-
tate grauem, iuuenta leuis Dares in uanā risit, statim pœnas da-
turus. Scribis postremo me pro uoto meo facultatem baptizan-
di te assumere, & quæcunq̄ animo meo insederint, nomina im-
ponendi. Sed reuera nomen tuum proprium ego nunq̄ extu-
li, efferunt uero illud passim tui ordinis patres. Sunt q̄ plura alia
quæ in me tela contorques Martine, sed iam animus indigna-
tur has res sordidas euoluere, præsertim cum nō amaro animo
sed pleraq̄ ioco, plurima inter excusandū protulerim. Interim
me accingam ad dicta tua quam plurima explodenda, oro au-
tem te, si Christum amas, ne plus sapias quam oportet, sed ad so-
brietatem, & quam cœpisti uiam perambules iugiter & perse-
uerantur. Quod si feceris, puto quod etiam in meis auditurus
Christum loquentem, & forte Syluestro quem nunc horres, tūc
amicum fideliorem habiturus es neminem, Vale.

Excudebatur hoc opus typis Mense Augu-
sto Anno. M. D. XIX.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

LIBER.

Candidum ac liberum lectorem opto.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Excipiam hoc opus ipse Agas.
Anno. M. D. XIX.